

De Armillis Veterum. 7

lum apud *Iudith.* cap. x. pro *dextra-* Dextra-
riolum
pro dex-
trali.
trali accepit *Cælius* Lib. viii. cap. xiii. Sed à *brachialibus* seu *armillis* loco distinguuntur quem occupant. Ita *Arculphus* Lib. de locis sacris apud magnum *Salmasium* nondum editus videtur voluisse: *Ornata virgis ferreis, pendentes, brachialia, dextroche- ria, murena, monilia, anuli, capitulares, cingella, irata, baltei, corona, imperium ex auro, vel gemmis & ornamenta plurima.*

Quod dextras plerunque orna- Dextra-
lia unde?
rint, *dextralia* dictæ. Vnde *dextræ* in Manuscriptis quibusdam *Isidori* Codicibus communes Virorum ac feminarum. Eo ta- Inter
Brachia-
lia &
dextralia
discrimi-
men.
men discrimine separantur, ut monui, & advertit quidem *Lazarus Baysius* elegantissimo de *Re Vestiaria* Commentariolo, sed non satis ob operis angustiam diduxit. *Brachialia* quippe totum brachii progressum comple-

A 4

cteban-